Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift

habitatio pulchra/ confusa ignominia.
Non egressa que habitat in exitu.
Planctus domui meine accipiet ex uobis
que stetit sibimet/ quam infirmata est
in bonis que habitat in amaritudine
b/ quia descendit malum a domino in por-
tam ierlim/ tumultus quadrige stupo-
ris habitanti lachis principium pec-
cati filie sion/ quia inuenta sunt mauen-
ta scelera israel. H. SABBATO.

Incipit Naum Aphia.
ONUS NINIVE liber
uisionis Naum elcesei.
Deus emulator et ulciscens
dnis/ ulciscens dnis et habens furorem/
ulciscens dnis in hostes suos/ et irascens
ipse inimicis suis. dnis patiens et mag-
nus fortitudine et mundans non faci-
et innocentem. Dnis in tempestate
et turbine uie eius et nebule puluis
pedum eius increpans mare et exsiccat
illud. et omnia flumina ad desertum
deducens. H. II. Infirmatus est
basan et carmelus/ et flos libani
elanguit. Montes commoti sunt ab eo.
et colles desolati sunt et contremuit ter-
ra a facie eius/ et orbis et omnis habitan-
tes in eo. Ante faciem indignationis
eius quis stabit/ et quis resistet in ira fu-
roris eius. Indignatio eius effusa est
sicut ignis/ et petre dissolute sunt ab eo. H.
Bonus dnis confortans in die tribu. III.
lationis. et sciens sperantes in se/ et

in diluuio pertransiet consummatio-
nem faciet loci eius/ et inimicos eius
persequentur tenebre. Quid cogitatis
contra dnm/ qui consummationem ipse
faciet. Non consurget duplex tri-
bulatio/ quia sicut spine se inuicem
complectuntur sic conuiuium eorum
pariter potantium consumentur quasi stu-
pula ariditate plena. Exiet exuens
cogitans contra dnm malitiam/ in
te pertractans peruersitatem eorum. T.

Idom. QUARTA.
Et factum est in anno
sexto in sexto mense in
quinta mensis/ ego sed-
bam in domo mea. et senes iuda
sedebant coram me et cecidit sup
me ibi manus dni di. Et uidi/ et ec-
ce similitudo quasi aspectus ignis.
ab aspectu lumborum eius et deorsu
ignis/ et a lumbis eius et sursum quasi
aspectus splendoris ut uisio electri. T.
Et emissa similitudo manus. II.
apprehendit me in cacumine capi-
tis mei/ et eleuauit me spiritu inter
terram et celum. et adduxit me in
ierlim in uisione dei iuxta ostium
interius qui respiciebat ad aquilo-
nem. ubi erat statutum idolum
zeli ad prouocandam emulationem.
Et ecce ibi gloria dei israel/ secundum uisionem
quam uideram in campo. T. III.
Et dixit dnis ad me. fili hominis.